

Ad
Audiendam
Crastino die, post sacra finita,
Orationem Valedictoriam,
DECANIBUS VENATICIS,
**JOHANNIS HEINRICI
OESERI, CRANZALENSIS,**
abhinc in Academiam Wittebergensem

Discessuri,
&
Propempticam
**CHRISTIANI ANDREÆ
SCHUBARTI, BÆRENSTEINENSIS,**
DE VIRTUTIBUS CANUM VENAT: CUM
VIRTUTIBUS DISCIPULORUM COLLATIS,
Utamque ex promptâ recitandam memoriâ,
Dissertatione istâ

De
**VITIIS CANUM VENAT: AD VITIA DISCIPU-
LORUM MALORUM APPLICATIS,**
EPHOROS HUIUS SCHOLÆ MAXIMOPERE
VENERANDOS, PATRONOSQVE AC FAUTORES
ALIOS LITERARUM HONORATISSIMOS
Quâ decet modestiâ & peramanter invitat
M. JOHANNES JACOBUS STÜBELIUS, Dresd.
S. S. Tb. Cultor, b. t. Reſtor Scholæ Annæm.
Prid. Id. Sextilis A. O. R. M. DC. LXXXVI.



Annæberge, Literis Davidis Nicolaj.





Ulm JOHANNES HEINRICUS OESERUS, CRANZALENSIS,
ex Alumnis Scholæ nostratis non infimus, in Academiam Wittebergensem e-
migraturus, indicaret mihi, prouti fas erat, se supremum nobis dicturum Vate,
conditionis paternæ memorem, nonnulla *de canibus venaticis* præfari consti-
tuisse, utq; hoc sibi liceret facere, à me peteret verecundè: illicò subiit animum
recordatio ejus, quod Christianus Weisius, non imperitus ornamentorum scholæ, sensisse
videtur, ubi *Rectorem* aliquem haud illepidè *cum Venationum* † *Magistro* comparavit; ac simul
in eam cogitationem incidi, argumentum dicendi, quod Oeserus offerret, à rationibus Scho-
læ non omninò abhorrere, propterea quod simile aliquid Venaticis canibus in discipulis de-
prehendatur, ac Dornavius quoq; †† non dubitaverit usurpare de iisdem vulgatum illud:
Invitos Canes ægerrimè ad venandum trahes: Quæ cum dixisset, hæc addit: Sed traham
tandem, ubi illorum tergora incurfaverint mortui boves, ut ait quispiam apud Comicum.
Atq; ista & ejusmodi plura effecerunt, ut abituro non tantum hanc potestatem concederem,
sed prosecuturo hunc etiam oratione *ωροπεμπικη*, sicut Rhetores talem vocant, disserendi a-
liquid *de virtutibus Canum venaticorum*, quatenus convenient cum virtutibus discipulorum in scho-
lis, injungerem partes. Mihi hoc institutum omnibus publicè significaturo placuit, non ni-
hil *de vitiis canum proponere*, quæ vitiosi discipuli solerent moribus suis perditis referre. Quamvis
enim libentissimè fatear, excellere virtutibus canes, quorum miraculo visentes obstupescant:
Negare tamen quæ possent, multò pluribus illos inquinari criminibus, quæ canum nomen o-
mni ætate contemptum fecere ac invisum. Nec odia hominum vitant profitentes, sequi se
literarum studia, si vita ipsorum corruptissima documento sit, ipsos *foedisimarum* potius vo-
luptatum quàm scientiæ veritatisq; studio teneri; Quod menti humanæ perindè cognatum
esse, ac canibus latrare, Valentinus Curio ††† tradidit. Ut haut immeritò plerisq; objici pos-
sit, quod Athenæus †††† ferè, post canum virtutes commemoratas, Cynicis antiquis exprobra-
vit: Horum neutrum vobis adest hanc vitam professis. At quum animal illud oblatrando
veluti convitiatur, vorax est atq; nudum, & alia insunt ei ferenda iniquius, vos ea imitamini
studiosè, maledici, gulosi, extorres. Aristogiton Cydimachi filius ††††† audaciâ suâ furiosâ ca-
nis meruit appellationem: Ad quid non conandum audaces sunt discipuli quidam, schola-
rum & disciplinæ omnis frugiferæ pestes? Vilis illis Magistrorum autoritas: Vilis sanctitas
Legum: Vilis sua existimatio & fortuna. Quæ omnia projicere protervè atq; conculcare, lu-
dus eis habetur. Atque hujus audaciæ modus vix ullus, quæ eo usq; nonnunquam progreditur,
ut de ipsius Magistri actionibus tyro judicare sustineat, & laudi ejus detrahere, famamq; calu-
mniis pessimis lacerare. Qualem si *calumniatorem canem* dixeris cum illo Phoedri, ††††† Fa-
bularum Scriptoris, non est, quod de injuriâ sibi factâ queratur. Quippe canibus hoc insitum
& usitatum, morsu hominem vehementi, & clam sæpius invadere. Cum in nemore quodam
spatiaretur Euripides, animo in se ad meditandum reducto, à canibus α Archelai ad venatio-
nem exeuntis dilaniatus est. Quomodo Christiani veteres tergis ferarum contacti canum
dentibus & furori expositi fuerint, Tacitus & Eusebius prodiderunt. A canibus propriis dis-
cerptus Actæon fingitur: Neq; inauditum aut insolens, discipulorum petulantiam ac rabiem
nec à præceptoribus quidem fidelibus abstinuisset, inq; ipsis violandis nec manibus injuriosis
nec lingvis maledicis temperâsse. Cujus generis flagitiosis ac sceleratis hominibus illud incul-
candum

† In Oratore Politico Sect. III. c. 4. num. 14. p. m. 827. †† Orat. de severit. & lenit. In Rep. &
Scholâ Vol. I. p. m. 106 & 107. ††† Ad Lectorem Georgii Trapezuntii dialecticæ brevis Præf.
†††† Lucianus in fugit: ††††† Pollux L. V. c. II. †††††† L. I. Fab. 17. α Thomæ Magistri
vitâ ejus.

candum diligenter, quod Dannhauerus β , ex Pythagoreorum placitis, facete monet, ne vitâ defuncti transeant locum, in quo canis exuvia inhumatae jacent. Si ex nullâ realiâ, ex eâdem profectò impudentia eorum incredibilis aestimari potest, & irreverentia erga eos, quos vel ætas sua vel religio circumfusa verendos aliis reddit, Mendicū senio graviores canes obvii allatrabant, γ Quo tumultu eorum ille non territus, intelligo ait, seculi eandem intemperiem quam canum, & ignorari vulgò, quò senectus honore sit afficienda. Extra jocum loquor. Sanè non intelligunt pleriqve, quantum honoris senibus, quantum Præceptoribus suis, quantum benefactoribus aliis, quantum ipsi honestati deniqve debeatur. Quamobrem vocales & clamosi, ut à Poëtis canes vocantur, non rarò maximos & inconditos effundunt fremitus ac boatus, quos qui audiat subitò, & nesciat, unde orientur, Scyllam & saxa cœruleis canibus resonantia se prætervehi putet, aut domum altam molossis personare canibus, ut Horatii huc traham verba, aut Cerbereos sibi obstrepere latratus. Quoties autem comper-
tum fuit etiam

Inqve foro circumqve domos & templa Deorum
Nocturnos ululasse canes?*

Optandum utiqve, ut, quemadmodum Orphei carminibus victa centiceps illa bellua demisit stupentes aures, & ora tenuit inhians:** Ita cum præter decus discipuli hoc aliòve pacto faciunt, dulcissimis Præceptorum monitis ad mansuetudinem quietamqve vitam componerentur. Marti canes iracundos & feroces à Caribus immolatos Arnobius docet:*** Sic se aliqui gerunt ex discipulorum cohorte, ut Marti ad prælia & contentiones semper arrecto sacros credere possis. Obscœnum & impurum est canis animal: Cui pudendo morbo utinam nemo è discipulis nostris obnoxius foret, nec indignâ ordine hoc immunditie ac squallore ulli unquam fastidium crearetur! Canes exactâ jam ætate segnitie occupat, & pigritia tam enormis, ut membris in fimeto explicatis, aures patiantur sibi impunè à muscis affligi & vulnerari,**** quas licet commodè possent, præ ignaviâ ultimâ nequaquam abigunt: Multò detestabilior segnitie ac torpor discipulorum, in florentissimis annis, in quibus vires ingenii corporisqve quam maximè vigent, laboribusqve perferendis quibuscunqve sufficiunt. Cernimus tamen subindè, summò animi dolore, quosdam adeò inertes ac dissolutos, ut ne corpori quidem curando purgandoqve, nedum animo styloqve poliendo temporis aliquid, in mediis fordibus, impendant. In quos deserviendum verberibus, ut in canes, si ad aliquam artis ac elegantie similitudinem formari debeant. Quodqve mireris, inter Parentes inveniuntur nonnulli, qui suos quantumvis cognitos severâ lege ††† proficere nolunt, cumqve suâ indulgentiâ res infeliciter cecidit, culpam tamen docentis arguere non verentur. Quantum verò huic perpetiendam tolerandumqve supplicii, cui canes ejusmodi ducendi sunt ac instituendi, in vitâ & sorte illâ, quæ, etsi rectè se habeant omnia, per se tamè plus aloës quàm mellis habet? ††††† Canes objectâ in speculo figurâ sui stolidè ringuntur, umbræqve ac imagini suæ fauces indignantes obvertunt: ***** Simili sunt ingenio discipuli quidam, qui oppositâ sibi, ab objurgante Præceptore, turpi morû imagini vehementissimè irascuntur, maluntqve eum ipsû quàm se emendari, hostilesqve in eum spiritus incipiunt gerere, postquam semel ita irritati ac exacerbati fuerunt. Sed quoniam non Magistro irascendum erat, suis, quod ajunt, pingenti eos coloribus, & nefas ipsorum arguenti, sed otio ac libidini suæ, unde ipsis hoc partum mali est, & cui dum vacant, haud cuiquam grati esse queunt, ejusdem vecordia sunt, quâ canis, qui facilè ad omnem vocem irritatur, & in lapidem quo percussus est, vel baculum, non in ferientem se illo, savire solet. † Quod si contingat eos aliquando ad meliorem reverti frugem, & exspuere ex animo priorem nequitiam, reditus ad vomitum, familiaris canibus, diu non differtur. Quicquid suscipiunt & agunt, suscipiunt & agunt temerè ac fortuitò & præproperè ut Canis è Nilo, quasi nunquam illis dictum fuisset, vulgò quod dici solet, *Canem festinantem cæcos parere catulos.* †† Cum igitur tam variè ab illis peccetur, & luenda hæc sint ipsorum capite potius, quàm beneficiis

β Ideâ boni disp. & mali Soph. Prooem. p. m. 5. γ Harssdörff. fonte ll. argutè dictorum n. 408.
* Ovid. XV. Metam ** Virg. IV. Georg. v. 483. *** Lib. IV. **** Franz. Hist. anim. S. p. m. 227. *****
Petron. Satyr. ***** Marcus Gualtherus Pal. Sch. Camp. Rector Dial. de Scholâ l. 2. p. m. 112.
***** Charitheus Cent. IV. medit. 96. † Franz. II. A. S. c. 21. Erasm. Adag. p. m. 593. †† Erasm.
Adag. p. 204. & Fabric. Ep. ad var. p. 296.

FK 19 200

eiis pensanda, voluit tamen tractari molliter, & lautius ali. Pavisse dicitur Heliogabalus canes suos jecinoribus anserum; Canina sibi hæc pabula & alias gulæ delicias pleriqve pravorum etiam juvenum quotidie deposcerent, nec pasci tantummodò illis, sed impleri quoque averent; voracissimis canibus nil concedentes, ex quorum numero unus Pamphagus Nasoni, alius Harpyja ¶¶ obrapacem & insatiabilem naturam appellatur. Qui canem volunt occidere, cibo eum ostenso alliciunt: Heu! quot adolescentes spe sibi factâ voluptatis cujusdam futillis ac exiguæ capiendæ, præcipiti amentia magno cum detrimento salutis suæ & extremâ suâ pernicie accurrunt. Quod si aliqui sunt, qui paullo plus sapere cœperunt, invidia caninâ plerumq; laborant, atq; dum lecta à se & percepta non communicant cū aliis, in se idem admittunt facinus, quod canes, qui alios sui generis intra lares domesticos non ferunt, & ossa, quibus ipsi nequeunt frui, terrâ obruant, ne iis alij perfruantur. Appositumque est in festinantes inconsulto & præmaturo impetu in Academiâ, biqve rem minus prosperè gerentes illud Phœdri: ****

- O canis meritò jaces,
Qui concupisti subitò regales opes,
Trivio conceptus & educatus stercore.

Quibus verò remediis occurrendum enumeratis his vitiis, à caninâ indole cuncta trahentibus? Quibus repagulis objectis compescenda hæc temeritas? Aurelianus Imperator in urbe omnes canes interimi jusfit: Nobis ab omni asperitate aliena est mens, & lenibus remediis aptior, Quapropter pubem nostram peccantem non statim exigimus penatibus nostris, sed eam hortamur sedulò, segniùs obsequentem etiam impulsuri moderatâ justaqve severitate sumus, ut si quid veneni hujus ipsam infestat, ex animis ejiciat suis & extirpet, potiusqve, virtutes canum præclaras quàm vitia detestanda æmuletur.

Vos autem, *Patroni Scholæ nostræ ac Fautores certissimi*, quâ par est subjectione ac humanitate rogatum imus, ut peroraturum Oeserum atqve Schinbartum benevolentia vestrà sublevetis, atq; ita hoc magis ad virtutis ac literarum studia cum ipsos tum ceteros omnes accendatis.

¶¶ Ovid, II. Metam, Finck. Cent. Sing. can. 95. ****. Phœdrus Fab. 27.



107

mc





Ulm JOHANN
 ex Alumnis Scho
 migraturus, indic
 conditionis pater
 tuisse, utq; hoc sit
 recordatio ejus, qv
 videtur, ubi *Rectorem* aliquem h
 in eam cogitationem incidi, arg
 la non omninò abhorrere, pro
 prehendatur, ac Dornavius qv
 Invitos Canes ægerrimè ad ven
 tandem, ubi illorum tergora in
 Atq; ista & ejusmodi plura effec
 sed profecuturo hunc etiam ora
 liquid *de virtutibus Canum venal*
is, injungerem partes. Mihi ho
 hil *de vitiis canum proponere*, qv
 enim libentissimè fatear, excelle
 Negare tamen qvì possem, mult
 mni ætate contemptum fecere
 literarum studia, si vita ipsorum
 luptatum quàm scientiæ veritatis
 esse, ac canibus latrare, Valentin
 sit, qvòd Athenæus ††† ferè, po
 vit: Horum neutrum vobis ad
 veluti convitiatur, vorax est atq;
 studiosè, maledici, gulosi, extor
 nis meruit appellationem: Ad
 rum & disciplinæ omnis frugife
 Legum: Vilis sua existimatio &
 dus eis habetur. Atque hujus au
 ut de ipsis Magistri actionibus ty
 mnis pessimis lacerare. Quale
 bularum Scriptoris, non est, quo
 & usitatum, morsu hominem ve
 spatia retur Euripides, animo in
 nem exeuntis dilaniatus est. Q
 dentibus & furori expositi fuerit
 cerptus Actæon fingitur: Neq; i
 nec à præceptoribus quidem fid
 nec lingvis maledicis temperâss



S, CRANZALENSIS,
 miam Wittebergensem e
 num nobis dicturum Vate,
 is *venaticis* præfari consti
 undè: illicò subiit animum
 mentorum scholæ, sensibile
 stro comparavit; ac simul
 offerret, à rationibus Scho
 cis canibus in discipulis de
 de iisdem vulgarum illud:
 , hæc addit: Sed traham
 uispiam apud Comicum.
 potestatem concederem,
 alem vocant, differendi a
 rtutibus discentium in scho
 nificaturo placuit, non ni
 berditis referre. Quamvis
 ulo visentes obstupescant:
 us, quæ canum nomen o
 vitant profitentes, sequi se
 s *scædisimarum* potius vo
 manæ perindè cognatum
 meritò plerisq; objici pos
 ynics, antiquis exprobra
 animal illud oblatrando
 iquiùs, vos ea imitamini
 ††† audaciã suã furiosã ca
 discipuli quidam, schola
 autoritas: Vilis sanctitas
 otervè atq; conculcare, lu
 onnunquam progreditur,
 etrahere, famamq; calu
 n illo Phoedri, ††††† Fa
 ppe canibus hoc insitum
 Cum in nemore qvòdam
 us & Archelai ad venatio
 ferarum contecti canum
 t. A canibus propriis dif
 im petulantiam ac rabiem
 lis nec manibus injuriosis
 tishominibus illud incul
 candum

† In Oratore Politico Sect. III. c. 4. num. 14. p. m. 827. †† Orat. de severit. & lenit. In Rep. &
 Scholâ Vol. I. p. m. 106 & 107. ††† Ad Lectorem Georgii Trapezuntii dialecticæ brevis Præf.
 †††† Lucianus in fugit: ††††† Pollux L. V. c. II. †††††† L. I. Fab. 17. & Thomæ Magistri
 vitâ ejus.

